

A sunt necessaria, fortitudine, scilicet sūg virtutis agentis, & fortitudo virtutis preparatiae corporis, & possibilis per remittendi unū tangere aliud tanto tempore, ut in tali quale illud possit prouenire operatio in aliud. unde Aristoteles Cœli, & mundi. tex. cōmē. 39. uniuscuiusque actus determinatum est minimum tempus ad nō excedere. Amplius autem ignorare uideatur modū quo fiat mixtio. Nam Arit. in fine primi de Generatione, & corruptione. tex. com. 39. inquit. Quando autem potentia adaequatur aequaliter, tunc transmutatur utrumq; indominans in sui ipsius natura, non generatur enim alterum, sed medium commune, & eādem sententiam repeat in secundo de Generatione, & corruptione. in tex. com. 48. & Auer. in com. inquit. Modus secundum quē mixtio fit dictus est superius, & que sunt misericordia, & q; mixtio contrariorum est quando alterum non dominatur simpliciter super alterum, neq; habet aequalem potētiam. Si enim potēta fuerit simpliciter dominata corruptio erit dominata, & generatio erit dominata. Et si aquæ les fuerint potentia, tunc non fieri altera forma, sicut declaratum est in quarto Meteororum. & cum potentia alterius contrariorum non fuerit dominans simpliciter, sed dominans dominati generabitur ex eis aliquod medium. Sed tamen de clinat de parte dominat. Et ideo hoc medium cum eo, quod est declinans ad alterum duorum extremitum, habet aliquam latitudinem recipiente magis, & minus. Et ex hoc apparet etiam impossibile esse aliquam complexiōnem temperatam esse, quam posuit Gal. scilicet temperantiam, quæ est secundum extrema, quia posuit complexiōnem temperata ponderale non in temperatia, quia est secundum extrema complexiōni speciei, id est ad infinitam de qua considerat Medicina. idem habet Auer. in secundo Colliget. ca. ultimo, ubi patet secundum naturam, dari non posse compositionem aequalē ad pondus in natura existentem, & si contingit contraria exquiri hoc est solum per instans. Ad aliud respondebit, q; illa propositio allumpta per ipsum, quod repugnat alii pro aliqua mensura, ita q; impossibili le est inesse illi, tunc repugnat fibi pro omni mensura, uera est, ubi illa repugnativa fuerit grata forma, seu essentialis, failit autem illa repugnativa fuerit accidentalis, & ratione materiae, uerbi causa, homini essentialiter repugnat esse irrationalē, & ideo pro quaquinque mensura, hoc fibi repugnat, sive sit tempus, sive sit instantia, tamen homini pueru regnatur fibi generare, et tamen repugnat homini pro qua quinq; mensura posse generare, quia competit fibi in astate perfecta. Similiter homo in articulo mortis, non potest ridere, non tamen impossibile est homini in quaquinque dispositiones alia posse ridere, licet enim homo semper risibilis est, non tamen homo semper potest ridere. Differit enim potentia ab aptitudine apud Sapientes, sicut dicit Auct. 6. Naturalium particularia. 4. cap. 5. Ita etiam in proposito in illo infantis medio, ubi secundum casum argumentum qualitates extremae, sunt aequales in gradu, non potest resultare complexio media, quia oportet, q; una sit dominans, & alia dominari, & in complexione mixti perfici, oportet actus dominari pastus, & ideo in illo infantis non potest esse forma media, non enim in quaquinque mensura agens, potest in materia introducere determinatas formam, sicut supra diuum fuit, ita autem repugnativa nō est essentialis, quia in sequi dispositions materiales, ut patet consideranti, una quæcumq; enim forma requirit determinatas dispositions, & secundum qualitatem, & secundum quantitatem, ut sciunt Philosophi. * Ex hoc nota aliam propositionem, quod medium potest esse unū inter extrema, & possunt esse plura, & possunt esse infinita, nā medium punctuale, quod Mathematicae consideratur sit semper unum est inter duo extrema, sed medium naturaliter est duplex. Phys. com. 32. secundum formam, & est species distinctionis ab extremitatibus ad quod motus terminari potest, & tale est finitus, quia species formæ sunt, aliud est differens secundum magis, & minus ab extremitate, & non est etiam motus, & est in potentia, & tale est multiplicabile in infinitum, unde non semper uel est propositio quod extrema sunt plura, quia media, uel

quod unum sit medium inter duo extrema, quia est multis platicas ut uides. *

Medium est in quod prius mutat mutans, quām in extremitate.

Prop. 72.

B Contra potestiones complexiones particulares.

C

ADDL.

P R O P O S I T I O ista solet sic allegari, & in propria forma scribiretur. in. 5. Phys. sic medius est, in quod aptum natum est, primum pertingere mutans, quām in quod ultimum mutat secundum naturam continue mutandum. Biu animaduerte quād medium apud Arabes dicitur inter, ubi enim litera nostra habet medium, litera translatis Arabe habet inter. Et ita dicit Auer. in commen. quod interest necessario de natura eius ad quod est motus, id est de natura termini motus, quoniam si motus fuerit in loco inter: id est medium erit primus locus ad quem motus mouetur. Et similiter si motus fuerit in qualitate. Tunc inter erit prima qualitas ad quam transmutatur transmutatur. Animaduerte unum quod diffinitio ista data de medio non secundum unam rationem uniuocam competet medius cuiuslibet motus, & ista est causa difficultatis, & confusioneis: unde Auer. inquit. quod diffinitiones rerum ambiguari, id est multipliciter dictarum difficile assignari possunt, eo quia appropinquant ei, quod non habet naturam communem, & ideo latet, & diffinitio communis declarat hanc naturam comunem, & huiusmodi diffinitiones difficile inueniuntur per regulas dantes diffinitionem, quæ sunt diuīsio compōsitionis, & demonstratio. quarto Phys. cōmen. secundo, sic in proposito contingit. Nam medium, ut scribit Commen. in quarto Cœli, & mundi. com. 38. in motu locali differt a medio in motu alterationis. Contrarietas enim inuenitur in forma, id est in qualitate, & in loco aequo, scilicet q; duo loca contraria debent esse contraria in formis, & in locis. Contraria autem quæ sunt in aliis Prædicamentis, sunt duo in forma, & non duo in subiecto, & cum ita sit, & contraria quæ sunt in loco, sunt duo in forma, & duo in subiecto, et contraria contraria, quæ sunt duo in forma, & unū in subiecto, & cum ita sit, & medium debet habere intentionem duorum extremitum secundum unam diminutionis, necesse est, ut medium in loco habeat duas intentiones contrarias in forma, & in subiecto. Vnde necesse est, ut medium inter duo loca contraria habeat aliquā contrarietatem in forma, & in subiecto. Vnde necesse est, ut dividatur in duo loca, quæ non numerantur nisi propter numerationem subiecti. Alio uero contraria in aliis Prædicamentis, quæ sunt unum in subiecto, & contraria secundum formas medium sunt in eis unum in subiecto, & duo secundum formam, & ideo fuit possibile, ut inter duo contraria ista inueniretur unum medium, aut plusquam unum. Medium autem quod est in loco, est impossibile, ut sit unum subiectum. Q; uoniam si effet unum in subiecto non inueni return in eo contraria, quæ est in extremitatibus, quemadmodū inueniretur in mediis, quæ sunt inter extrema contraria, contrarietas enim quæ est in extremitatibus, quæ sunt in loco, est in subiecto, & in forma. Vnde necesse est, ut contrarietas existens in medio sit in forma, & in subiecto secundum unam diminutionis, & ideo necesse est, ut locus medius dividatur in duo loca, quorum unus est, quasi forma, & alius quæ si materia, & hoc manifestum est ei, qui bene considerauit, hac Cōmē. Ex quibus clare elicetur quād medium in qualitatibus est composite ex extremitatibus refractis formaliter remanentibus in eo, ut patet, 5. Phys. 5. 6. 19. & 2. comen. non sic autem est de medio in motu locali. Vnde animaduerte q; ita etiam contingit de diffinitione motus, quod illa non uniuocat dicitur de omni motu, sed secundum prius, posterius, & hoc est ad quod non aduertunt plerique Doctores, qui infinitas questiones agitant circa hoc de contrarietate, & de cōtinuitate, & de diuīsibilitate inuentis in motibus, credentes omnia ista secundum unam, & eandem rationem cōpetere motui locali, & aliis motibus, cum tamē sit maxima diueritas. Nam patet q; contrarietas in motu locali est, secundum formam, & secundum subiectum, sed Theorema. I iii

Nota: cām erroris null torum.